Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-259588-p0001-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-259588-p0002-2

DISSERTATIO INAVGVRALIS

# DE DOTE
# EX FEVDO PRAESTANDA

QVAM

PRAESIDE

## IOANNE CAROLO GEBHARDO REINHARDO D.

IVRIS FEVDALIS IN ACADEMIA VITEMBERGENSI PROFESSORE PVBLICO ET FACVLT. IVRID. IVDICIIQVE PROVINCIALIS IN MARCH. LVSAT. INFERIORI ASSESSORE ORDINARIO

## PRO GRADV DOCTORIS

IN IVRE VTROQVE OBTINENDO

IN AVDITORIO MAIORI

DIE VIII. IVNII CIↃIↃCCLXXV.

HORIS ANTE ET POST MERIDIEM CONSVETIS

PVBLICE DEFENDET

AVCTOR

## IOANNES PAVLLVS FERDINANDVS SCHROETER

IVR. VTR. CANDIDATVS ET NOTAR. PVBL. CAES. IMMATRIC.

---

*VITEMBERGAE*

LITTERIS CAROLI CHRIST. DÜRRII ACADEM. A TYPIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-259588-p0003-8

§ 1.

Contigit mihi de elocatione filiarum verba facturo, vt in diuerſos diuerſarum gentium mores excurrens, miram varietatem legum et inſtitutorum in hac cauſa deprehenderem. Inueniuntur populi, apud quos ſorte capiuntur vxores, apud alios conſilio. Dantur leges, quae indotatas virgines nubere praecipiunt, aliae, quae dotem definiunt, in aliis terris dotem ſibi maritus curat conſtituendam, in aliis vero ſponſae a marito dotem exigendi ius eſt relictum. Si ad primos mortalium redire iuuat, cum nullus adhuc argento vſus eſſet, et in ſumma morum ſimplicitate opes ex pecoris armentorumque multitudine aeſtimarentur, greges et iumenta dotis loco fuiſſe liquet. Eiusdem rei exempla permulta in ipſa Patriarcharum vita reperiri poſſunt. Deinde cum populo Iudaico Lex

Agraria promulgaretur, quae vetuit, ne quis venditione aut vllo contractu dominium fundi ſui transferret in alium, [a]) de qua lege loquitur Henry Ainsworth his verbis: [b]) „The „Land of Iſrael, which was parted among the tribes, may not „be ſold for ever, both of them, the ſeller and the buyer doe „transgreſſe againſt a prohibition: and it availeth them nothing; „for in the jubile, the Land returneth to the owner thereof," nefas quoque fuit, praeſertim in praeiudicium filiorum, agri portionem filiabus dotandis adſignare, cum etiam per dotis conſtitutionem dominium in aliam perſonam transferatur, quamuis maſcula ſtirpe extincta, etiam filiae ius ſuccedendi ſeruaretur, [c]) adeoque ſaepenumero ſponſa integrum patrimonium dotis loco ad maritum adferre potuit, alioquin vero ſupellectile aliisque bonis, quae moueri poterant, ſatis ſibi habere debuit. [d]) Lycurgus vero Spartanae ciuitatis legislator diſerte ſanxit, [e]) filias indotatas nubere debere, ne inopes propter egeſtatem forent innuptae, aliae propter diuitias expeterentur. Fuit praeterea inter Spartanos conſtitutum, vt qui diuitiarum cauſa locupletum affinitatem quaererent, poena afficerentur. Ita eos qui Lyſandri filias ſibi deſponſaſſent, ac deinde poſt mortem, quia pauper inuentus

a) Leuitic. 25. 23.
Petrus Cunaeus de republica Ebraeorum L. I. c. 2.

b) Comment. in Levit. 25. fol. m. 158. edit. Londin.

c) Numer. 27. 8.

d) Ioan. Seldenus de vxore Ebraica. L. 2. c. 10.

e) Plutarchus in Lycurgo, et Iuſtin. Libr. III. Cap. III.

uentus eſt, aſpernarentur, ephoros mulctaſſe Plutarchus auctor eſt. Sic et Aegyptii adeo olim dotes abhorruerunt, vt qui viri dotes acciperent, tanquam mancipia vxoribus addicerentur, et Solonem cum nollet μισθόφορον οὐδ' ὤνιον εἶναι τὸν γάμον dotis dationem vetuiſſe idem Plutarchus refert. Accidit tamen apud Athenienſes, vt ſi viri de republica bene meriti in paupertate decederent, filiae eorum ex aerario dotem acciperent, [f]) quod factum legimus in Ariſtidis filiabus. Apud Romanos quoque illuſtre eſt exemplum Cn. Scipionis, qui cum ſecundo bello Punico imperium in Hiſpania gereret, et a ſenatu rogaret, vt ſibi ſucceſſor mitteretur, ſenatus patris ſibi partes deſumſit, et filiae ſummam ex aerario nupturae erogauit, ne quid interea respublica detrimenti caperet. [g]) Ita ſenatus quoque Fabricii Luſcini filias ab indotatis nuptiis vindicauit, quia illis praeter paternam gloriam nihil ex haereditate fuerat reliquum.

§ 2.

Liceat mihi de dote ex feudo praeſtanda dicenti, quaedam praeſertim de antiquiſſimis Germanorum moribus circa dotationem filiarum praemittere, cum ex eorum legibus et conſuetudinibus omnis noſtra Iurisprudentia clientelaris deſcendat, quod quidem, cum nullae aliae de feudis niſi Germanicae leges extent, feuda quoque tantum in iis regionibus, vbi Germanicae



f) Plutarchus et Nepos in Ariſtide Cap. III.
g) Valerius Maximus Libr. IV. Cap. IV.

manicae gentes habitauerunt, occurrant, vt taceam, indoli militari priſcorum Germanorum, prae omnibus reliquis gentibus maxime conuenire feuda, expeditiſſimi iuris eſſe arbitramur. Quod vero antiquiſſimam illam nationis Germanicae filiarum elocationem attinet, quamuis inter plerosque iurium Germanicorum ſcriptores iſta inualuerit ſententia, nullam prorſus vetuſtiſſimis illis temporibus, in Germania dotem marito intuliſſe filias, quam quidem opinionem Taciti auctoritate confirmare conantur, illud tamen affirmare auſim, iam ante Taciti aeuum, priscos Germanos munera quaedam doti Romanae ſimillima, plerumque ex armis, veſtibus, ſupellectile, adparatu et inſtructu muliebri compoſita, ab vxoribus ſuis accepiſſe, ita enim Tacitus: [h]) „Dotem non vxor marito, ſed vxori maritus offert. „Interſunt parentes et propinqui, ac munera probant: mu„nera non ad delicias muliebres quaeſita, nec quibus noua nupta „comatur, ſed boues, et frenatum equum, et ſcutum cum „gladio frameaque. In haec munera vxor accipitur, atque in„uicem ipſa armorum aliquid viro affert. Hoc maximum vin„culum, haec arcana ſacra, hos coniugales Deos arbitrantur" ex quo quidem Taciti loco quam maxime apparet, vxorem marito arma quaedam, quorum poſitione neque aliae facultates excluſae eſſe videntur, quaſi pro dote attuliſſe. Etiam iam Caeſaris aetate Germanos dotem ab vxoribus accepiſſe probabile eſt.

Ipſe

*h*) Tacitus de mor. Germ. c. 18.

Ipſe enim Caeſar: [i]) „Viri, inquit, quantas pecunias ab vxo-„ribus dotis nomine acceperunt, tantas ex ſuis bonis, aeſtima-„tione facta cum dotibus communicant.„ Loquitur de Gallis, neque poſtea, cum mores Germanorum diuerſos enarret, hos ab illis in eo differre indicat. Sententiae vero eorum, qui Caeſarem hic ſolum de Gallis Romanorum moribus imbutis eſſe locutum, et dotem veram Germanicam in ἀντίφερνα mutaſſe calculum non poſſum adiicere, potius nulla ductus meliore auctoritate, ratusque Gallos Germanosque Caeſaris aetate, Galliam ſi excipias ciſalpinam, Romanorum parum fuiſſe aemulos, neque eorum mores peregrino exemplo deprauatos, verbis inhaereo et dotem omnino, id eſt pecuniam ad ſuſtinenda onera matrimonii marito datam, vxores Gallorum et Germanorum intuliſſe arbitror. Conſpirant in eo omnes, vxores antiquitus aliquod peculium attuliſſe, idque legibus Germanicis antiquis luculenter probatur [k]). Illud peculium autem, cum non in omnibus naturam haberet dotis Romanae, vt ſcilicet neceſſario daretur et maritus eo frueretur, tanquam dominus, dotis nomen mereri negant. Quicquid ſit, illa pecunia ſi fuerit ad onera matrimomii ferenda marito data, formam habuit Romanae dotis, et characterem praecipuum, ſiue etiam diuerſo nomine fuerit inſignita. Dotem quae a marito proficiſcebatur veram fuiſſe donationem propter nuptias, et quod a ſponſa afferebatur, mari-

i) Caeſar de Bello Gall. L. 6. c. 19.

k) Lex Alemann. Cap. LIV. Lex Wiſig. Libr. III. tit. I. § V.

maritagium appellatum fuiſſe contendit Leyſer, [l]) cum quo omnino facimus. Si vero omnia vxorum bona nomine radae veniſſe credit, ipſius ſententiae non poſſumus ſubſcribere. Etenim vox *Rate* ſiue *Rade* olim per excellentiam denotabat vtenſilia ſeu foeminarum munditias, ſaepius etiam vocabatur Wiuerate. [m]) In iure prouinciali Saxonico [n]) vox ausgeradet non denotat quae dotem accepit, ſed quae dimiſſa eſt ex familia. Apparet hoc ex iure Weichbildico, [o]) quod non der ausgeradeten Tochter, ſed der ausgeradeten Kinder ſine diſcrimine ſexus facit mentionem. Illud certiſſimum eſt, iam mediis ſeculis dona quaedam a patre ſponſae data fuiſſe ſponſo, quae doti ſimilia erant, [p]) et Iure Romano, cui quidem Reipublicae intereſſe viſum eſt, mulieres dotes habere ſaluas, propter quas nubere poſſunt, [q]) in Germania introducto, vſus dotis a patre filiabus dandae inter Germanos frequentior eſſe coepit.

## §. 3.

Iure Longobardico nullam plane filiabus dotem ex feudo deberi cenſemus. Nam cum apud veteres Germaniae populos ab omni plane ſucceſſione, etiam allodiali, extante filio, excluſae

l) Spec. CCCIII. med. XIV.
m) Haltaus. Gloſſar. Germ. med. aeui ſub voce Gerade.
n) Libr. I. a. V. o) Art. 57.
p) Leibnitii ſcript. T. III. p. 219.
q) L. 2. π. de iure dotium. L. 1. π. ſoluto matrimonio.

cluſae fuerint filiae, de qua re Leges Salicae, Saxonum, Angliorum et Werinorum, Ripuariorum, et aliae Germanicae Leges ſatis clare teſtantur, ita enim Lex Salica: [r]) „De terra Sali„ca nulla portio hereditatis mulieri obueniat, ſed ad virilem „ſexum, tota terrae hereditas perueniat"; Lex Saxonum: [s]) „Pater aut mater defuncti filio, non filiae hereditatem relin„quant;„ atque eadem Lex: [t]) „Qui filium et filiam habue„rit, et filius, vxore ducta, filium genuerit, et mortuus fuerit, „hereditas patris ad filium filii, i. e. nepotem, non ad filiam „pertineat;„ porro Lex Angliorum et Werinorum. [u]) „He„reditatem defuncti filius non filia ſuſcipiat, ſi filium non ha„buit, qui defunctus eſt, ad filiam pecunia et mancipia, terra „vero ad proximum generationis conſanguineum pertineat:" nec non: [v]) „Si nec filiam habuit, ſoror eius pecuniam et „mancipia, terram proximus paternae generationis accipiat, [w])„ „vsque ad quintam generationem paterna generatio ſuccedat;" et Lex Ripuariorum: [x]) „Dum virilis ſexus extiterit, foemi„na in hereditatem auiaticam non ſuccedat; tandem Ius Prouinciale Saxonicum:„ [y]) „Vaters und Mutters, Schweſter oder „Bruders Erbe nimpt der Sohn, und nicht die Tochter. Es ſey „dann,

r) Lex Salica tit. 62.
s) Lex Saxonum tit. VII. cap. I.
t) tit. VII. cap. 6.
u) Lex Angliorum et Werinorum tit. VI.
v) Ibid. c. 2. w) Ibid. c. 8.
x) Lex Ripuar. tit. 56. y) Libr. I. art. 17.

„dann, daß da kein Sohn ſey, ſo nimpt es die Tochter;“ cum, inquam, ad allodialem ſucceſſionem adſpirare fas olim non fuerit filiabus, ſed ſi quid filiae vel ſorori veteres Germani dederint, quod alibi Phaderphium, quaſi Vatervieh ſeu Vaterserbe vel erffe, quam vocem Gloſſa apud Lindenbrogium explicat per dotem, alibi vero, vti apud Anglos aliosque, maritagium dicebatur,[z]) hoc ex mera liberalitate fecerint, multo magis a ſucceſſione feudali, cum feuda militiae ac ſeruitiorum cauſa concedantur, et primi acquirentis familiae, qua foeminae per nuptias egrediuntur, [a]) deſtinata ſint, excluſas eſſe apparet, quod etiam variae leges feudales [b]) confirmant. Hinc cum a ſucceſſione in feuda penitus ſint excluſae filiae, dotatio earum quoque repugnare videtur naturae feudorum, vel ſaltim ius commune illam ignorat. Si quis contrariam defendere velit ſententiam, prouocare forſan poſſet ad textum iuris Longobardici, vbi dicitur: [c]) „Mutus feudum retinere non poteſt, ſed ſi feudum fuerit magnum, „quo ei ablato ſe exhibere non valeat: tantum ei relinqui debet, „vnde ſe ſuſtinere poſſit;„ et ad alterum textum, vbi haec habet Feudiſta: [d]) Mutus et ſurdus &c. totum feudum paternum „retinebit. Obertus et Gerardus et multi alii &c. Sic dicimus „in clerico, et in foemina, et in ſimilibus;„ ſed cum alter eo-

rum

z) Lex Longobard. L. I. t. 9. §. 12.

a) Schilteri de ſucceſſione feudali c. 2. Horn. cap. 11. §. 5.

b) 1. F. 1. §. 3. 1. F. 8. pr. et §. 1. 1. F. 24. 2. F. 11. Ius Feud. Sax. cap. 2. Ibid. cap. 6. et 21. Ius Feud. Alem. cap. 1. §. 4.

c) 1. F. 6. §. 2. d) 2. F. 36.

rum locorum tantum de alimentis muto praeſtandis loquatur, a quibus ad dotem nulla inſtitui poteſt argumentatio congrua, in altero autem, licet in eo foeminarum mentio fiat, ne verbum quidem de earum elocatione occurrat, non video, qua ratione his textibus contraria ſententia poſſit ſtabiliri.

§. 4.

Iure communi dotem filiabus dandam debitum feudale non eſſe, nobis aſſerendum videtur. Illud certiſſimum eſt, antiquiſſimis temporibus, cum feuda nec in dominio Vaſalli; nec hereditaria eſſent, nulla prorſus fuiſſe debita feudalia, niſi ex fructibus feudi ſoluenda. Conſtat enim veteres Francos et Longobardos feuda ſua militibus tantum iure precarii et quidem cum onere ac ſeruitio militari conceſſiſſe, nec filios Vaſalli ſucceſſiſſe in feudo, niſi, quod interdum tantum fiebat, ob ſeruitia militaria, et fidem praeſtitam domino, ex mera liberalitate quaſi ſucceſſio iis concederetur, beneficia potius, quandocunque libuerit domino, Vaſallis auferri potuiſſe. Ita Geroldum quendam comitem Orleanenſem hanc conſuetudinem in ſuo territorio introduxiſſe legimus, [e]) atque ex Hepidamno apparet, poſt magnam aliquam Valuaſorum contra Capitaneos ſub Conrado Salico ortam coniurationem, cum illi feuda ſibi rurſus a Capitaneis auferri aegre ferrent, cuius coniurationis iam Wippo in

 vita

e) Odo a Clugni Libr. I. cap. 17.

vita Conradi Salici mentionem facit, poſt hanc, inquam, coniurationem legem eſſe latam, qua filiis ſucceſſio in feuda et beneficia patrum concederetur, ita enim Hepidamnus: „Foedus „ad annum 1041. validae coniurationis in Italia exoritur. Inferiores namque milites ſuperiorum iniqua dominatione plus „ſolito oppreſſi, ſimul omnes reſiſtunt coadunati. Nec non etiam quidam ex ſeruili conditione contra dominos ſuos proterua factione conſpirati, ipſi ſibimet intra ſe iudices iura ac leges conſtituunt, fas nefasque confundunt. Contra quos ſedan„dos Epiſcopus Mediolanenſis aliique ſenatores Italiae inſurgen„tes conati ſunt eos a tanta inſolentia reuocare, ſi poſſent: ſed „nullatenus eis volebant acquieſcere, donec ſcripto conceſſum „eſt illis a Rege ius patrum ſuorum inuiolatum tenere.“ Haec ſunt verba Hepidamni, ex quibus, licet non anno 1041. ſed cum Conradus Salicus 1037 Italiam, et 1038 Romam ingreſſus, anno 1039 Vltraiecti ad Rhenum fata ſuprema obierit, circa annum 1037 aut 1038 hoc factum fuiſſe conſtet, ſatis luculenter apparet, per illam conſtitutionem f) ſucceſſionem confirmatam eſſe filiis, quae illis dubio procul per conuentiones, et conſuetudines antiquiores, imo ſpeciales anteceſſorum conſtitutiones, hic vel illic iam erat conceſſa. Cum igitur quocumque tempore auferri a Seniore Vaſallis poſſent feuda, nulla prorſus, nec a Vaſallo contracta, nec intuitu Vaſalli competentia eo tempore debita feudalia obtinuiſſe certum eſt. Nec etiam temporis ſucceſſu,

f) v. F. I.

ceſſu, cum feuda perpetua fierent, et ſucceſſio ad filios tranſiret, debita feudalia, niſi mores aut leges prouinciales ea introduxerint, obtinuiſſe apparet ex legibus feudalibus, ita enim Feudiſta: [g] „Nec de debito hereditario aliquid feudi nomine ſolue„re cogitur, ſed in fructibus, ſi quos reliquit, vt de iis debi„tum ſoluatur, quo tempore deceſſerit, conſiderabitur.„ Hinc cum ne alia quidem feudalia debita, quae maiori forſan iure ex feudo ſoluenda eſſent, ſi excipias alimenta muto praeſtanda et meliorationes feudi, iure communi locum habeant, multo minus dos filiabus dandae, cum filiae nihil prope iuris in feudo haberent, ſecundum principia Iuris communis pro debito feudali habenda eſt, et dominus aut agnatus vltra fructus, quatenus ad allodium pertinent, non obligatur.

## §. 5.

Tacita ſane hypotheca non gaudent filiae ratione dotis iure feudali communi. Antiquius enim omnes in genere hypothecas, tam tacitas, quam expreſſas ignorat, cum olim inter Germaniae populos hypothecas, in quarum locum retrouenditiones erant in vſu, nullas obtinuiſſe conſtet. [h]) Nec etiam legalis hypotheca ſine legis diſpoſitione locum inuenire poteſt, hypothecam autem tacitam in feudis obtinere, nullibi in Iure feudali communi expreſſum eſt, potius contrarium reperimus, feudum ſcilicet abſque domini conſenſu oppignorari non poſ-

 ſe,

g) II. F. 45. h) Heinec. Elem. Iur. Germ. L. 2. §. 324.

ſe, [i]) praecipue cum ipſa natura et indoles feudorum, quae olim non ipſius Vaſalli propria, ſed tantum precarii iure, ac reuocabiliter conceſſa erant, nullam prorſus hypothecam tacitam admittat, et pignus legale illa tantum afficiat bona, quae liberae debitoris diſpoſitioni ſint ſubiecta. Hinc etiam Sereniſſimus Elector Saxonicus hypothecis tacitis in feudalibus bonis locum denegauit, cum ita praecipiat: [k]) „Unſere Räthe, Juriſten-Fa„cultäten und Schöppen-Stühle ſeynd des einig, daß tacita Hy„potheca auf und in ſolchen Lehn-Güthern nicht ſtatt habe, atque alio loco: „In den Lehn-Güthern hat die tacita Hypotheca ver„möge derer Lehn-Rechte und Unſers geliebten Herrn Groß-Va„ters ſeeliger und löblicher Gedächtniß Conſtitutione regulariter „nicht ſtatt.„ Licet autem iſta, quae vulgo feudalia onera dicuntur, ad hypothecas tacitas communiter referantur, haec tamen, cum nullum ius reale in feudo, [m]) nec contra poſſeſſores feudi realem actionem producant, [n]) hypothecae legali comparari nequeunt, potius nonnulla debita iure communi, plura moribus exiſtere, quae fundum non afficiant, ſed ſolum ſucceſſoris obſtringant perſonam, certiſſimum eſt. Nihilo tamen ſecius, cum feudorum iura magis conſuetudine, quam lege ſcripta determinentur, dubium non eſt, quin in feudis quoque per conſuetudinem ſpecies aliqua taciti pignoris introduci poſſit, quae

*i*) II. F. 55. pr. II. F. 8. §. 2. *k*) Conſt. 25. P, II. pr.

*l*) Ord. Proc. Sax. tit. 45. §. 8.

*m*) Carpzov de oner. feud. Dec. I. p. 8. n. 6. *n*) Ibid. n. 7.

quae tamen conſuetudo, quia in facto conſiſtit, ab allegante eſt probanda, [o]) nec de loco ad alium locum extendenda.

## §. 6.

Iure Saxonico Electorali dos filiabus Vaſalli ex feudo ſoluenda eſt, ob claram ſanctionem Sereniſſimi Legislatoris: [p]) „Wenn die Schuld wegen Ausſteurung der Töchter oder Schwe„ſtern aufgenommen, ſollen ſolche Schulden aus dem Lehn durch „die Lehnsfolger vergnügt, und die Land-Erben damit verſchonet „werden, et alio loco: „ [q]) Wollen wir, daß in ſolchen Fällen die „Töchter, wofern ſie ſich an denen Erb-Güthern nicht zu erholen, „auch in dem Lehn ein ſolch Recht haben ſollen, daß ſie alle das„jenige, was ihnen zu ihrer Ausſtattung von ihrem Vater hero „zuſtehet, vor allen andern ihrer Brüder Gläubigern, ob dieſelbe „auch gleich ausdrückliche Verpfändung auf das Lehn erlanget, be„friediget werden, und ſich derowegen an das Lehn, ob es ſchon „in andere Hände kommen wäre, halten mögen, jedoch daß mit „ſolcher Ausſtattung das Lehn nicht ſo hoch beſchweret, ſondern „dem Landesbrauch nach, gebührende Maaß hierinnen gehalten „werde.„ Maximam quidem in Iure Saxonico ratione illarum legum antinomiam, cum altera dotem filiarum ſimpliciter, altera tantum in ſubſidium ex feudo ſoluendam eſſe praecipiat, oſtendere conatur Ludewigius, [r]) ſed fallitur, et facili negotio hae

o) Meuius P. 2. Dec. 124.

p) Conſtit. El. 46. P. II.

q) Ord. Proc. Sax. tit. 45. §. 13.

r) Io. Peter Ludewig Opuſc. IV. Libr. 2. differ. 2. not. dd).

hae leges inter ſe poſſunt conciliari. Scilicet diſtinguendum eſt inter dotem conſtitutam et conſtituendam, dote enim iam conſtituta, mutuum ob elocationem filiarum a Vaſallo erogatum ſimpliciter ex feudo ſoluendum eſt, et de hoc caſu prior earum legum agit, dos vero conſtituenda, et ipſum onus elocandi filias, feudum non niſi in ſubſidium afficit, quatenus ſcilicet allodialia patris bona deficiunt, quod quidem in altera legum adductarum ſancitum eſſe legimus. [s]) Iure Saxonico Electorali illud quoque expeditum eſt, concurſu orto filiabus ratione dotis ius praelationis, prae creditoribus fratris competere, hoc enim luculenter apparet ex verbis legis adductae: [t]) „Daß die Töchter „vor allen andern ihrer Brüder Gläubigern, ob dieſelbe auch „gleich ausdrückliche Verpfändung auf das Lehn erlanget, befrie„diget werden, und ſich derowegen an das Lehn, ob es ſchon in „andere Hände kommen wäre, halten mögen ꝛc.„ ex quibus apparet, hoc priuilegium eo quoque caſu filiabus conceſſum eſſe, ſi creditores hypothecam cum conſenſu domini iam habeant. [u]) Porro cum leges Saxonicae non diſtinguant, licet aliunde propria bona habeat filia, tamen ea ex feudo eſt elocanda, quod etiam iure Luſatico [v]) et in genere iure Germanico [w]) obtinet. Dos autem ſecundum mores feudales tunc demum ſoluitur fi-

liae,

s) Berger Dec. 533. Wernher ſupplem. ad P. I. obſ. 91. Horn Claſſ. 16. Reſp. 44. Wildvogel Reſp. 161. et 164.

t) Ord. Proc. Sax. tit. 45. §. 13.

u) Mevius P. III. Dec. 367. p. 3.

v) Io. Peter Ludewig Opuſc. IV. Libr. II. differ. 2. not. ee) et ff).

w) Struben rechtl. Bedenken Tom. I. n. 57. Struuius obſ. feudal. cap. 14. §. 12.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-259588-p0018-1

liae, cum matrimonium inierit, interim eidem dantur alimenta. x) Si ergo moritur innupta, dos ad eius heredes non tranſit, ſed ſucceſſor feudalis ab eius praeſtatione liberatur.

§. 7.

Circa quantitatem dotis filiabus ex feudo praeſtandae praecipue leges et conſuetudines cuiusque prouinciae, nec non pacta familiarum ſunt ſpectanda. Mores autem prouinciarum hac in re quam maxime variant, vti antiquitus in determinanda dotis quantitate fuerunt diuerſi. Ita Maſſilienſibus vltra aureos centum dotem nulli dare permiſſum eſſe, Cretenſibus dimidiam partem, quae fratri contingit ſorori dotis nomine accedere a Strabone y) relatum legimus. Hodie in terris Anhaltinis dos conſiſtit in ſeptima parte fundi feudalis, ſi tres aut plures ſunt filiae; ſin pauciores, decima pars debetur, ita enim leges Anhaltinae praecipiunt z): „Es träget ſich auch oftmals zu, daß ein Lehn-„Mann verſtirbt, und wenig an Erb-Güthern verläßt, alſo daß die „Töchter daraus ihre Alimenta und Ausſteuer nicht haben können, „dahero dann zwiſchen den Lehns-Folgern es ſeyn Söhne, oder an-„dere Mitbelehnten, und den Töchtern Streit fürfällt, was dieſen „aus den Lehn zu reichen, da dann bisher das Arbitrium bey Uns „geſtanden, und iſt daßelbe mehrentheils auf den zehenden Theil des „Werths

x) Carpzov P. II. Conſt. 46. Def. 20. et P. II. Dec. 72. n. 15. Hartm. Piſtor. Part. II. qu. 37. y) Libr. IV. et X.

z) Fürſtl. Anhältiſche erneuerte und verbeſſerte Landes-Ordnung die Lehn-Sachen betr. tit. 15.

„Werths der Lehn-Güther nach Abzug derer Lehn-Schulden ge-
„richtet worden: Nachdem aber die von der Ritterſchaft den ſie-
„benten Theil unterthänigſt vorgeſchlagen, ſo laſſen Wir Uns daſ-
„ſelbe ſoferne mit gefallen, daß es dabey verbleiben ſolle, wenn
„drey oder mehr Töchter vorhanden, die aus dem Erbe ihren Unter-
„halt und Ausſtattung nicht haben können. Wenn aber der Ver-
„ſtorbene nur eine oder zwey Töchter verlaßen, ſoll es bey dem ze-
„henden Theil gelaßen werden, und wird ihnen ſolche ihre Aus-
„ſteuer von den Lehnsfolgern, anſtatt der Aliment-Gelder ſo lange
„verzinnßet, bis ſie ſich verheyrathen.„ In Ducatu Olsnenſi de-
ficiente allodio ſexta pars pretii feudi aperti pro dote filiabus
definita eſt his verbis:[a]) „Wenn aber ein Vater verſtürbe, und
„nichts an Erb- und eigenem, beweglich oder unbeweglich, ſondern
„allein Lehn-Güther hinter ſich verließe, auf ſolchen Fall ſoll den
„Töchtern zu ihrer Abſtattung aus den erledigten Lehen-Güthern
„der ſechste Theil des Werths derſelben gegeben, und unter ſie ge-
„theilet werden.„ In Marchia Brandenburgica Fridericus Wil-
helmus Boruſſiae Rex ratione dotationis filiarum ex feudo ſe-
quentia ſanxit:[b]) „Wegen Ausſtattung der Töchter aus den bis-
„hero geweſenen Alt- und Neuen Lehns-Güthern bleibet dem Vater
„frey, per diſpoſitionem inter liberos ein gewißes denen Töchtern
„zum Ehe-Gelde und Ausſtattung zu verordnen, jedoch daß die
„Legi-

a) Oelßiſche Landes-Ordnung de ao. 1583. Part. III. art. 9. von Ausſtattung der Töchter aus Erb- und Lehn-Güthern.

b) Conſtitution, wie es wegen der Succeſſion ꝛc. Ausſteuer der Töchter zu halten, de 1718. §. 11. 12. 13. 14. 15.

„Legitima nicht laediret werde. Wenn keine väterliche Diſpoſition „vorhanden, ſoll inskünftige eine jede Tochter reſpectu eines jeden „Bruders den vierten Theil des Werths des Guths als einen ge- „gen drey Theile haben, jedoch anders nicht, als daß zuvor die „Schulden ſo das Ritterguth afficiren, und andere daranf haftende „Onera abgezogen werden. Sollten der Töchter ſo viel ſeyn, daß „ihr im vorigen §. angewieſenes Antheil höher lieſe, als die Hälfte des „freyen Guths austräget, ſollen die Brüder aus denen Gütern ein „mehreres als dimidiam pretii, worinn ſich die ſämptlichen Töch- „ter zu theilen haben, ihnen zu geben nicht ſchuldig ſeyn. Wenn „Vettern, wenig oder viel zur Succeſſion oder Expectivati zur „Poſſeſſion der Güther kommen, und ſich Töchter finden, müßen „ſie dieſen, wenn 4. oder weniger vorhanden, den dritten Theil, „wenn aber 5. oder mehr Töchter ſeynd, die Helfte des Werths der „Güther heraus geben, es wäre denn, daß ihnen a primo acqui- „rente, oder ſonſt per pacta ein pinguius jus daran zuſtünde. Ue- „berdieſes mag und muß denen Schweſtern oder Töchtern in allen „Fällen annoch etwas zur Hochzeit, Geſchmuck, Küſten und Kaſten, „Geräthe, von denen Antheilen ſo die Brüder oder Vettern obge- „dachtermaßen empfangen, gegeben werden, und zwar der funfze- „hende Theil des dotis, ſo die Tochter bekommt.„ Eadem poſtea ab eodem Legislatore repetita ſunt [c]), et tandem haec adiecit [d]): „Und ſoll es hinführo in denen 7. Neumärkiſchen und Sternbergi- „ſchen



c) Declarirte Conſtitution ꝛc. de 1723.

d) Conſtitution für die Ritterſchaft der Neumark, Sternberg ꝛc. de 1724.

„ſchen, als auch in denen Weichbildern, Croßen, Sommerfeld und „Züllichow damit alſo gehalten werden, daß von denen Söhnen „oder andern Succeſſoren, gegen zwey Thaler ſo ein jeder von ihnen „von dem Werth des Guths behält, einer jeden Tochter der dritte „Thaler gegeben werde, oder daß ein jeder Sohn, oder Succeſſor „noch einmal ſo viel behalte als eine Tochter bekombt. Jedoch „wenn der Töchter viel, der Söhne oder andern Succeſſoren aber „wenig ſeyn, alſo, daß die Portiones der Töchter $\frac{2}{3}$tel am Werth „des Guths überſteigen; So ſollen ſie, es mögen der Töchter ſo viel „ſeyn, als immer wollen, mit $\frac{2}{3}$tel vom Werth des Guths ſich be„gnügen, und denen männlichen Succeſſoren $\frac{1}{3}$ verbleiben ꝛc. In „dem Weichbilde Cottbuß aber ſollen, nach deſſen bisherigen praxi, „die Töchtere aus denen Güthern dergeſtalt abgefunden werden, „daß ſo oft ein jeder Sohn drey Thaler nimmt, eine jede Tochter „einen Thaler bekomme ꝛc. Jedoch wenn der Töchter ſo viel ſeyn „ſollten, daß die nach dieſem Fuß ihnen aſſignirte Portiones die „Helfte vom Werth des Guths überſteigen; So müſſen ſie den„noch nur mit der Helfte deßelben zu gleichen Theilen ſich begnü„gen, es mögen ihrer ſo viel ſeyn, als ſie wollen, und bleibet die „andere Helfte denen Söhnen und Agnaten zu gleichen Theilen je„derzeit vorbehalten.„ Bauaricae leges ita de elocatione filiarum ex feudo praecipiunt [e]): „Und ob zwar drittens in Unſerm Chur„fürſtenthum und Landen zu Bayern bey theils Familien bishero „gebräuch-

e) Mandat. Elect. Bavar. Ferdinandi Mariae de 1672. die Conſervation des Ritterſtandes und Adels ꝛc. betr.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-259588-p0022-3

„gebräuchlich geweſen, daß die Töchter gegen einer Adelichen Aus=
„ſteuer und Ferttigung, ſich des übrigen Väter= und Mütterlichen
„Guths verziehen, und nicht darauf geſehen worden, ob ſolche Aus=
„ſteuer die Legitimam und Noth=Gebührniß erreiche ꝛc. Jedoch
„und weiln ꝛc. So ſtatuiren und ordnen Wir gnädigſt, daß zwar
„förderſt der Eltern Diſpoſitiones und letzte Wille, wenn einige vor=
„handen, zwiſchen den Söhnen und Töchtern beobachtet und voll=
„zogen werden ſollen, wenn ſchon die Töchter hierdurch ihre Legi-
„timam oder Nothgebührniß ſo genau nicht bekommen würden.
„Zum Fall aber die Eltern wegen füreilenden Todes oder anderer
„Urſachen halber nichts diſponiren könnten oder wollten; So ſollen
„nun hinführen, Kraft dieſer Unſerer gnädigſten Verordnung und
„Statuts, bey demjenigen Adel, welcher der Lands=und Edelmanns=
„Freyheit fähig iſt, alle Töchter ohne weitere Verzicht, von der Vä=
„ter= Mütter= und Brüderlichen Erbſchaft ipſo iure für verziehen
„gehalten, und ihnen eine ehrliche, ihrem Stande gemeße, Aus=
„ſteuer und Ferttigung, nach geſtaltſame des völligen Vermögens,
„durch die Brüder, oder deren männliche Deſcendenten, (darauf
„ſich dieſe Ordnung ebenfalls verſtehet) mit Zuziehung der nächſten
„Befreunden aſſignirt und ausgezaigt worden, alſo zwar, daß ſich
„die Töchter damit zu befriedigen ſchuldig ſeyn, wenn ſchon die
„aſſignirte Quota die Legitimam oder Noth=Gebührniß nicht völ=
„lig erreichen würde. Da ſich aber die Brüder, oder deren männ=
„liche Deſcendenten und Befreundte, ratione des Quanti nicht ver=
„gleichen könnten, oder die Töchter zu hart gehalten werden woll=

 „ten,

„ten, daß ſie ſich deßen zu beſchweren billige Urſach hätten, und über „allen angewendeten Fleiß ſich in der Güte mit ihren Brüdern „und Befreundten nicht vergleichen könnten, noch einigen compro-„mislichen Anſpruch durch beyderſeits beliebige Schiedsmänner, und „von ihnen, da es vonnöthen iſt, erkieſten Obmann (welchen Weg „man förderſt zu ergreifen und zu beobachten hat) annehmen und „dabey verbleiben wollten; So ſoll auf ſolchen Fall das Quantum „oder die Quota von Unſerm Hof-Rath oder Regierungen, nach „Beſchaffenheit des Standes, Vermögens, und anderer mitlaufen-„der Umſtände determinirt, auch zu ſolchem Ende von den Brü-„dern und Befreundten eine vertrauliche, aufrechte ſummariſche An-„zeigung der Velaßenſchaft übergeben werden, damit man cum „cognitione cauſſæ den Ausſpruch thun könnte.„ In Crainiae principatu dos filiabus Vaſallorum ex feudo debetur vi priuilegii Alberti comitis Goertziae et Tyroliae, de 1365. f) „Sy „haben auch ihrer Hauß-Frawen Morgengab und Heimbſtewr, „woll zu weiſen auff Lehen und auff Aigen, und nach Ihren Töch-„tern geben ohn Unſer Handt, ob Wir im Land nicht ſeyn, wann „Uns Gott in das Land fügt, ſo ſollen ſy Uns die Weyſung antra-„gen, und Wir ſollen Unſern Willen darzu geben.„ In Ducatu Magdeburgico ita leges prouinciales quantitatem dotis filiarum ex feudo conſtituunt g): „Da ein Lehn-Mann einen oder mehr Söhne, und zugleich auch Töchter, oder aber keine Söhne, ſon-



f) Lünig Corp. Iur. Feud. Tom. II. p. 504.

g) Ordo Polit. Magdeb. Cap. VIII. §. 36.

dern nur eine oder mehr Töchter, und an Erb = Güthern ſoviel nicht verlaſſen würde, daß die Töchter ihrer Geburt und Herkommen nach davon nothdürftig ausgeſtattet werden könnten, ſo ſoll derer Ausſtattuung aus denen Gütern, ob ſie gleich anders woher bemittelt wären, geſchehen, oder was von väterlichen Erb-Gütern mangelt, aus dem Lehne erfüllet, das Quantum doris aber nach dem Werthe der unbeſchuldeten Lehn-Güther und Anzahl derer Töchter dergeſtalt eingerichtet werden, daß wo mehr denn drey Töchter, von 20000. der angeſchlagenen Lehn-Güther jeder Tochter 1000. wo aber nur eine Tochter vorhanden, derſelben 2000. oder wenn zwey Töchter vorhanden, jeder 1500 Thlr. pro dote conſtituiret, doch niemals auf 20000. mehr dann 3000 Thlr. oder Fl. angeſetzet werden. In Ducatu Cliuiae extat priuilegium Iohannis Ducis de an. 1510. [h]) poſtea confirmatum a Friderico Wilhelmo Electore Brandenburgico d. 14. Aug. 1660. [i]) Dik ſyn wy mit onſer Ritterſchap ind ſy mit ons verdrägen, ind geſlatten ꝛc. dan men ſall den Cloiſter Jonfferen, die, beerfft ſyn, ná der hant, oere Alderen, ind in Cloiſtern ſynt, onvertegen, ná Ráide der meiſter Bewanten ind Voirmonderen ná Gelegenheit des Guetz ind Erves, eyne redelicke Lyfftucht mácken, umbt trint twintich Malder Hartz Korns, to dem meiſten, ind met dair bauen, ſullen verplicht ſyn to doin; ind offtoen van oeren Broedern ind Freunden dair einge Weygeringe inne geſchieden, ind die vurgl. Lyfftuch bynnen Jair ind Dach nit gemaikt, ind geveſten worde, ſullen ſy aßdan, an allen Erve ind Guede, onverdeilt ſtaen. In Pomerania Brandenburgica dos ex feudo definita eſt his verbis:

h) Lünig Corp. J. Feud. Tom. II. p. 1045. i) Ibid.

bis: „ [k]) „Wenn wegen der Töchter und Schweſtern Ausſteuer Zweifel fürkommt, wie hoch ſolche aus denen Lehnen auszurichten, ſo ſoll nach dem Werth derſelbigen die Mäßigung geſchehen ꝛc. Von dem überbleibenden freyen Quanto ſoll eine jede Tochter oder Schweſter allemahl, in Reſpect eines jeglichen Bruders, den 4ten Pfennig zu gewarten haben. Wenn keine Lehn-Erben in abſteigender Linie verhanden, ſondern Lehne an die aufſteigende und Seiten-Vettern, oder den Lehn-Herrn ſelbſt, und deſſen Conceſſionarios verfallen, ſoll den Töchtern, wenn ihrer vier oder weniger, tertia, wenn aber 5. oder mehr, dimidia, deſſen gegeben werden, was an den Lehnen frey iſt, es ſeyn der Vettern ſo viel, als wollen. Ex eadem conſtitutione quoque apparet, quo iudicio et proceſſu in cauſis dotis ex feudo praeſtandae in Pomerania agendum ſit. [l]) In Ducatu Brunswicenſi Guelpherbytano ſequens de dotatione filiarum ex feudo lex extat: [m]) „Wie wir denn aus hoher Landesfürſtlicher Macht und Gewalt hiemit conſtituiren, ſetzen, ordnen und wollen, daß wenn ein Lehn-Mann, er ſey Adelichen Standes oder nicht, einen oder mehr Söhne, und zugleich auch Töchter, oder aber keine Söhne, ſondern nur eine oder mehr Töchter, und an Erb-Güthern ſo viel nicht verlaßen würde, daß die Töchter ihrer Geburth und Herkommen nach davon nothdürftig ausgeſtattet werden könnten, deren Ausſtattung aus denen Lehn-Güthern ob ſie gleich anders woher bemittelt wären,

k) Frideri III. Elect. Brandenb. Conſtit. von Lehn- und Ausſteurungs-Sachen im Herzogthum Hinter-Pommern und Fürſtenthum Camin tit. 3. §. 1 ſeq.

l) Conſtit. cit. tit 28.

m) Conſtitutio Rudolphi Auguſti et Antonii Ulrici Ducum Brunſwic. die Alimentir- und Dotirung derer Töchter aus den Lehn-Gütern betr. de 1703.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-259588-p0026-6

ren, geſchehen, oder was an våterlichen Erb-Güthern mangelt, aus dem Lehn erfüllet, das Quantum dotis aber nach Anzahl der Tôchter und den Werth der unbeſchuldeten, und von Uns recognoſcirenden Lehn-Güther, dergeſtalt eingerichtet werden ſolle, daß wo mehr denn 3. Tôchter vorhanden, von 20000. der angeſchlagenen Lehn-Güther jeder Tochter 1000., wo aber nur eine Tochter vorhanden, derſelben 2000. oder wenn zwey Tôchter vorhanden, jeder 1500. Thlr. pro dote conſtituiret, doch niemahls, wenn gleich mehr als drey vorhanden, auf 20000. mehr denn 3000 Thlr. angeſetzet werden; quae omnia in conſtitutione ab Antonio Vlrico Duce Brunswicenſi poſtea lata confirmata ſunt, vltimo tantum mutato, his verbis: n) „doch niemals, wann gleich mehr als 4. Tôchter vorhanden, auf 20000. mehr dann 4000 Thlr. angeſetzt werden. In proiecto Iuris Feudalis Megapolitani ſequentia de dote ex feudo praeſtanda occurrunt: o) „Da aber gar keine våterliche Erbſchaft vorhanden, davon die Ausſteuer genommen, und abgetragen werden kônnte, und alſo die Ausſteuer aus dem Lehen geſchehen müſte, ſo ſollen die hinterlaßene Lehn-Güther nach Landes-Gewohnheit aeſtimiret, und auf einen gewiſſen billigen Taxt angeſchlagen und von jeden tauſend den Tôchtern 50 Thlr. zum Braut-Schatz und Geſchmucke vermacht und gegeben werden; quod poſtea in notis ad illas conſuetudines feudales Megapolitanas ita conſtitutum eſt: „Dieſes iſt folgends reſoluiret, und darnach der 7. Artickel alſo zu formiren: ꝛc.

so

n) Conſtit. Antonii Ulrici wegen Alimentir- und Dotirung derer hinterbleibenden Tôchter, nach dem Abſterben derer Lehns-Vaſallen de 1714.

o) Project des Mecklenburgiſchen Lehn-Rechts tit. 8. art. 7.

